

runt. — Quanto Alexandri copias Darii copiae numero superabant! At quanto priores animo erant Alexandri milites! — Multum sacchari nec minus cafæi, tabaci indique suppeditat America. — Jus primogeniti emit Jacob, et paulo post in Mesopotamiam proficisci coactus est. — Liam, priorem uxorem suam, Jacob diligebat; at magis diligebat Rachelem, illamque pluris æstimabat. — Pro Moyse quem Judæis Deus dederat, Jesum Christum accepere christiani. — Coriolanus, Veturiæ matris suæ gratia, Romanis ignovit. — Quinam Israelitarum non miserti fuerant? Amalecitæ. — Regi Sauli saga dixit: « Quemnam vis videre? Samuelem prophetam », respondebat Saul. — Cujusnam est nostras sanare animas? — Tuum, Jesu, medice noster. — Apparuitne apostolis Jesus e mortuis redux? Apparuit. — Num aderat Sanctus Thomas? Non aderat. — Nonne creditit apostolis qui Jesum Christum viderant? Non credidit. — Se dedit ne postea Jesus Christus Thomæ oculis? Se dedit. Num in incredulitate Thomas perstitit? non perstitit. — Quota die sanctum Dominicum ordinis Fratrum Prædicatorum institutorem honoramus? — Pridie nonas augusti, id est quarto die augusti. — Ut valetudine, ita morbo utendum est. — Aruns exclamavit: « En Brutus, en vir qui nos nostra patria expulit », et leonis instar furibundus, ei obviam ivit. — Haud parcebatur Socrates Alcibiadi, cuius comprimenda erat superbìa. — Uter gravius commisit peccatum, Judasne qui prodidit Jesum Christum an Pilatus qui eum capite damnavit? — Israelitæ, animos confirmate: Dominus ipse pro vobis pugnaturus est.

Thème 126.

158-170. — Quinam nati sunt nec sunt mortui? Henochus et Elias propheta. — Maria Jesum Christum peperit, quota mensis decembris erat dies? Vigesima quinta. — Dixit Judas: « Ego innocentem tradidi sanguinem; » responderunt sacerdotum principes: « Cujusnam inte-

rest? Tua, non autem nostra. » — Cum exercitu Epaminondas Lacedæmonem profectus est; eo ivit quoque Agesilaus qui de illius admonitus est profectione, sed eadem iter non fecit. — Oniae summi sacerdotis causa Deus Heliodoro pepert. — Jesus Christus scelesti instar crucifixus, agnique instar immolatus est. — Obviam Davidi ivit Abigail, eique munera obtulit. — Otho a militibus suis magni æstimabatur; Vitellius contra plurimum a Romanis aspernabatur. — Quantum nos amavit Jesus Christus! Quanti gratia quæ est ejus sanguinis pretium nobis est æstimanda! — Esau filium suum Rebecca diligebat; huic vero Jacob multo carior erat. — Sanctus Patiens, presul Lugdunensis, suo erga pauperes et miseros amore evasit commendabilis. — Hæc verba virgines sapientes audivere: « Ecce sponsus! »; obviamque illierunt. — Quando celebratur festum sancti Ignatii, Societatis Jesu institutoris? Pridie calendas augusti, die scilicet trigesima prima julii. — Mox moriturus sum, aiebat Esaus, lentium avidus, quid mihi proderit jus primogeniti? — Malis cupiditatibus resistendum est. — Uter magis strenuus fuit, Saulne an Jonathas? — Agnovitne Judas sceleris sui magnitudinem? Agnovit. — Num illius sceleris veniam a Deo petivit? — Non petivit. — Exspectate paulisper, dixit Moyses Israelitis metu percussis moxque miraculum quod vestri gratia Dominus patratus est, videbitis. — Non metuendi sunt homines, quando Deo parendum est.

II. — SYNTAXE DES MODES

Thème 126 bis.

170 bis et ter (1). — Utinam omnibus miseris possim opitulari. — Adolescentes, ne Domini legem negligatis. — Ne ullum proferat mendacium os pueri. — Dei nomen homines revereantur. — Ne sernantur humilis et pauper. — Utinam Jesu Christi causa mori mihi liceat! — Mi fili, esto docilis, meaque accipe verba : « Abscedat a te maledicus, noli malos imitari, ne inquinetur cor tuum vitii veneno. — Utinam Dei donum cognoscamus! — Utinam columbae pennas accipiam! — Utinam Deus meo finem imponat exilio! — Judices, viduae et pupilli jus revere amini; supremum judicem vestri respiciant oculi: ne potenti viro faveatis; ne dives pauperem opprimat. — Piger, formicam contemplare, hujus providæ bestiolæ exemplum ad laborem te impellat; noli eicadam imitari, ne te subigat pigritia. — Utinam verum divitiarum usum sciant divites!

Thème 126 bis.

170 bis et ter. — Puissé-je soulager tous les malheureux! — Jeunes gens, ne négligez point la loi du Seigneur, — Que la bouche de l'enfant ne profère point de mensonge. — Que les hommes respectent le nom de Dieu. — Que l'humble et le pauvre ne soient point méprisés. — Fasse le ciel que je puisse mourir pour Jésus-Christ. — Mon fils, soyez docile et recevez mes paroles : Que le médisant s'éloigne de vous, n'itez point les méchants, que le poison du vice ne souille point votre cœur. — Puissions-nous connaître le don de Dieu! — Que n'ai-je les ailes de la colombe! — Que Dieu ne met-il fin à mon exil! — Juges, respectez le droit de la veuve et du pupille, que vos yeux considèrent le juge suprême : ne favorisez point l'homme puissant; que le riche n'opprime point le pauvre. — Paresseux, considérez la fourmi; que l'exemple de cet insecte prévoyant vous invite au travail; n'itez point la cigale : que la paresse ne s'empare pas de vous. — Plaise à Dieu que les riches connaissent le véritable usage des richesses.

(1) La plupart de ces phrases sont extraites des thèmes 135 à 140 et 148 à 152. Nous les plaçons ici parce que c'est après le n° 170 que sont transposées, dans la nouvelle édition de notre Grammaire latine simplifiée, les règles se rapportant à ce sujet.

Thème 126 ter.

170 bis et ter. — Utinam Ecclesiæ suæ hostes Deus confundat! — Fili mi, observa patris tui præcepta, et matris tuae legem ne deseras, gressus tuos tui dirigant oculi, ne manus tua maledico et calumniatori applaudat. — Ne sit sterile Dei verbum; fructus uberes afferat illud semen pretiosum. — Utinam avarus de morte sœpius cogitet! — Dominum querite, ne unquam illum deseratis; deleatur impiorum nomen, inter justos ne scribatur. — Exclamabant patriarchæ : Utinam aperiantur cæli et mit-

Thème 126 ter.

170 bis et ter. — Que Dieu ne confond-il les ennemis de son Eglise. — Mon fils, observez les préceptes de votre père, et n'abandonnez pas la loi de votre mère; que vos yeux dirigent vos pas; que votre main n'applaudisse point au médisant et au calomniateur. — Que la parole de Dieu ne demeure point stérile; que cette précieuse semence porte des fruits abondants. — Fasse le ciel que l'avare pense plus souvent à la mort! — Cherchez le Seigneur; ne l'abandonnez jamais; que le nom des impies soit effacé; qu'il ne soit point écrit parmi les justes. — Les patriarches s'écriaient : « Puissent les cieux s'ouvrir, et le Sauveur nous être envoyé! » Jésus dit aux Apôtres : « Ayez confiance : j'ai vaincu le monde; que mes paroles vous fortifient; ne craignez point les hommes et que votre cœur ne se trouble point. — Le saint homme Job s'écriait : « Plut à Dieu que j'eusse été transporté du sein de ma

tatur nobis Salvator. — Apostolis dixit Jesus: Confidite, ego vici mundum; vos mea corroborent verba; ne homines timeatis, et cor vestrum ne turbetur. — Vir sanctus Job exclamabat : Utinam e matris meae sinu in tumulum fuisse translatus! — Accurre, Daniel, falso accusata ne deseras castam Suzannam; iniqui senes lapidibus obruantur; ne populus effundat innocentem sanguinem. — Utinam peccator, de æternis ignibus sæpius meditetur. — Darie, Besso ne confidas; Alexander, istum perfidum Darii interfectorum persecutum, ipse vincitur proditor et suppicio tradatur; ne diu quod rapuit diadema contaminet. — Utinam de flammis æternis possemus perpetuo cogitare! Cito sapientiores fieremus. — Nolite abnegare pauperi quod a vobis petit, sed quod exoptat illi concedite.

Thème 127.

171-173. — Deum esse justum et misericordem credimus. — Unaquæque dies nos admonet mortem nobis instare. — Scimus morti obnoxium esse corpus nostrum, animam vero nostram esse immortalem. — Dæmonem vafrum esse non ignoramus. — Funestum semper esse peccatum credite.

mère dans le tombeau! — Accourez, Daniel, n'abandonnez pas la chaste Suzanne faussement accusée : que les iniques vieillards soient lapidés; mais que le peuple ne répande point le sang innocent. — Plaize à Dieu que le pécheur pense plus souvent aux flammes éternelles! — Darius, ne vous fiez point à Bessus : Alexandre, poursuis ce perfide meurtrier de Darius; que le traître soit enchaîné lui-même et livré au supplice; qu'il ne souille pas longtemps le diadème qu'il a enlevé. — Que ne pouvons-nous penser sans cesse aux flammes éternelles! nous deviendrions bientôt plus sages. — Ne refusez pas au pauvre ce qu'il vous demande; mais accordez-lui ce qu'il désire.

Profecto legistis Samsonis uxorem et sacerum fuisse combustos; illius viri supra modum insignis matrem diu sterilem fuisse. — Edocti estis Saulum primum fuisse infensum christianis, illumque postea Jesu Christi nomen prædicavisse. — Nos docent libri sacri Absalonem regnum affectavisse, eumdemque rebellem filium Davidi bellum indixisse.

Certum est nos omnes esse morituros. Jesum, ut vivos et mortuos judicet, redditum scimus. — Putabant virgines stulta spousum non tam cito esse venturum. — Nos non fugit bonos æternam mercedem esse accepturos, æternumque malos cruciatum iri. — Existimabant Persæ Darium victoriam esse relaturum. — Vos non latet Dominum veniam Sodomæ fuisse daturum, si decem justos in ea invenisset.

Quis nescit Abelem a Caino fuisse occisum? — Non te fallit ab Annibale haud victum fuisse Fabium. — Ex Quinto Curtio cognoscimus ab Alexandro Clitum occisum fuisse. — Maria et sanctus Joannes Jesum duos inter latrones exspirantem viderunt. — Juvenis David Goliathum Domini exercitui insultantem haud sustinuit. — Quidam dixit merito iram initium amentiæ esse.

Thème 128.

171-173 et 154. — Censeo nemincm sine virtute posse esse beatum. — Deum æternum, potentem atque terriblem esse scimus. — Confessus est Saul Davidem fidelem esse servum. — Tu scis Judam a Jesu Christo fuisse electum: te non fugit istum apostolum avarissimum fuisse, et miseræ morte periisse. — Putaverat Herodes magos Hierosolymam esse reversuros. — Fideli Jesu Christi servo aquæ frigidæ poculum largiamur, nobisque sit persuasum nos mercedem accepturos. — Credimus exercitum Amalecitarum victorum fuisse Hebræos, nisi Moyses brachia sustulisset orando. — Refert sanctus Lucas a sancto Paulo sanctum Petrum fuisse reprehendens.

sum. — Dixit quidam Amalecita se vitam ademisse Sauli; non te fugit istum Davidis jussu neci fuisse traditum. — Jesum ascendentem in cælum videre apostoli, nubesque illum omnium oculis subtraxit. — Scito periculosam et valde noxiā esse improborum societatem. — Sciebat Jesus proditorem esse Judam. — Credimus apostolos feliciores fuisse regibus et prophetis qui Jesum Christum non viderant. — Admoniti fuerant apostoli Jesum Christum proditum iri. — Crediderat Pilatus Iudeos Barabbæ Jesum esse anteposituros. — Credimus plures episcopos a sancto Clemente in Gallias missos fuisse. — Non te fugit a Romulo Remum fuisse interfectum. — Confessus est Saul se esse minus justum quam David; affirmare nobis licet illum vera dixisse.

Thème 129.

171-173 et 154. — Dixit Jesus Christus bonos esse bona arboris fructus, malos vero esse fructus male arboris. — Scimus Jesum Christum primum sanctis apparuisse mulieribus, illum deinde apparuisse apostolis, Thomam vero absuisse. — Existimaverat Xerxes Gracos terga esse versuros. — Nos docet Evangelium Iudicem nostrum furis instar esse venturum, hominesque morte oppressum iri. — Toti persuasum erat populo Joannem esse prophetam. — Judeos edocuit sanctus Præcursor Jesus Christum esse Messiam. — Ex Evangelio cognoscimus sanctum Petrum a sancto Andrea ad Jesum fuisse adductum. — Confessus est Judas se insontem tradidisse sanguinem; scimus istum misericordiam non impetravisse. — Jacob scalam, in eaque angelos ascendentēs et descendentes aspexit. — Terram submersum iri in aquis diluvii Noemus prænuntiaverat. — Probat Evangelium Præcursoris nomen Zachariæ fuisse revelatum; sterilem fuisse Zachariæ uxorem, illamque tamen sancti Joannis Baptiste matrem fuisse. — Certum est regem Macedoniæ respublicas Græciæ non fuisse victurum, si conjunctæ

permansissent. — Mariam Lazari sororem multosque Iudeos lacrymantēs vidi Jesus, et ipse lacrymatus est. — Non te præterit a Bruto Roma pulsos fuisse Tarquinios. — Poteratne credere Pilatus se a culpa vacare tradendo neci Jesum Christum? Nos non fugit illum Jesu prius agnovisse innocentiam. — Recordetur homo se non sibi soli, sed patriæ, sed suis natum esse.

Thème 130.

171-174 et 154. — Didicimus Jesu Christi crucem cæli viam esse. — Sancto Petro revelarat Deus Pater Jesum Christum esse Dei vivi Filium. — Non te fallit ducem Abnerum a Joabo fuisse interfectum. — Dixit Heliodorus se nolle Hierosolymam reverti; non te præterit illum flagellis antea fuisse verberatum. — Pharisæus, orans in templo, Deo dicebat : Gratias tibi ago, Domine, quod non sum sicut cæteri homines. — Apostolis dixit Jesus : « Ego me gentibus traditum iri vobis annuntio. » — Michæas propheta prædixerat Jesum Christum Bethlehemi esse nasciturum. — Nos docet historia primum a Poenis Romanos, denique Poenos a Romanis fuisse devictos. — Scimus plures apostolos fuisse piscatores, pauperes et ignaros, et nihilominus eos fuisse gentium magistros. — Scimus quosdam Paulum a Gamaliele edoctum fuisse. — Clamavit Jesus : « Lazare, surge », statimque Lazarum surgentem viderunt apostoli. — Jesus, a summo sacerdote interrogatus, se esse Dei vivi Filium confessus est; haud nescis illum statim morte dignum fuisse judicatum. — Mirabatur Maharbal quod Annibal, post Cannensem pugnam, in urbem Romam non procederet. — Historia nos docet Darium non amissurum fuisse imperium, si hujus regis milites fortiores fuissent. — Censebat Cato, omni senatu, delendam esse Carthaginem. — O Deus, me poenitet te offendisse (*ou quod te offendī*). — Neroni prædictum erat ipsum olim ab omnibus derelictum iri.

Thème 134.

171-174 et 154. — Existimabat populus sanctum Joannem forsan esse Christum. — Vos non fugit Brutum cum Tarquinii filiis fuisse educatum, illum fuisse prudentem et callidum, amentiamque finxisse. — Nautis dixit Sanctus Paulus : « Ego vobis prænuntio navem confractum iri, nullum vero ex vobis esse periturum ». — Alexandrum valde pœnituit quod Clitum interfecisset. — Gaudebat sanctus Paulus quod Iesu Christi causa pateretur. — Non te fugit a Jacobi filiis Josephum Ismaelitis mercatoribus fuisse venditum. — David prophetæ confessus est se peccavisse ; nec nos fallit illum misericordiam impetravisse. — Credimus Deum esse benignum et terribilem ; scimus enim illum esse Deum bonitatis et misericordiae, illumque esse etiam Deum justitiae Deumque ultionum. — Prædixerat Isaías Virginem esse concepturam, filiumque parituram. — Hominis Filium olim videbimus redeuntem, angelosque tuba clangentes audiemus. — Domino gratias agamus quod nos e parentibus vere christianis nasci voluit. — Romanis dicebat Fabius : « Advertite in Italia Poenos versari, illisque Annibalem præesse ». Forsan te præterit a rege Prusia proditum fuisse Annibalem. — Non nescis ab Horatio occisos fuisse tres Curiatios. — Dicebat Socrates se nihil scire ; scimus tamen illum fuisse doctissimum. — Darium pœnituit quod Charidemum capitis damnavisset. — Gaudebant apostoli quod Iesu Christi nomine dæmones fugarent, at Jesus illis dixit : « Nolite gaudere quod vobis pareant dæmones ; potius gaudete vestra nomina in cælo scripta esse. — Me piguit quod tam diu a nobis remotus fueris (*ou* abfueris).

Thème 132.

171-174 et 154. — Petrum non latebat Jesum vitæ eternæ verba habere. — Refert historia a Paulo Æmilio victum fuisse Perseum Philippi filium. — Putavit Aman

superbus se Mardochæo patibulum paravisse ; nec te fugit isti ipsum fuisse affixum. — Sanctum Petrum valde pœnituit quod Iesum Christum ejuravisset. — Templum Iesu Christo ostenderunt apostoli : « Ego vobis prænuntio, inquit, hoc templum destructum iri, hostesque ex colapide super lapidem non esse relicturos ». — Vos non fugit Philippum fuisse Macedoniae regem, illumque patrem fuisse Alexandri Magni ; sed forsan nescitis illum Thebas obsidem ductum fuisse. — Gratias ago parentibus quod me in timore Dei educaverunt. — Ex Evangelio cognoscimus Puerum Iesum a Maria et Joseph per triduum fuisse quæsitus. — Prænuntiaverat Jesus Christus apostolos persecutionem esse passuros. — Duobus Joannis discipulis Jesus respondit : « Magistro vestro narrate caecos videre, audire surdos, claudos ambulare, nec non reviviscere mortuos. » — Certum est Græcos numquam totam Asiam subacturos fuisse, nisi Alexander ingenio præclarissimo prædictus fuisse. — Jubebat Jesus : illico mutos loquentes audiebant Judæi, ne non claudos incedentes surgentesque mortuos videbant. — Gaudebant martyres quod famem, sitim et cruciatum perferrent (*ou* se perferre). — Marthæ predixerat Jesus Lazarum esse revicturum (*ou* a mortuis esse resurrectum). — Cuinam homini probatum est se usque ad vesperam victurum ? — Me juvat quod isto juvene contentus sis.

Thème 133.

171-174 et 154. — Jesus apostolis dixit : « Ego vobis prænuntio crucifixum iri hominis Filium, eum moritum esse, et die tertia esse a mortuis resurrectum. » — Deo gratias agebat Sanctus Ignatius, Antiochiensis episcopus, quod a feris jussus fuisse devorari ; gaudebatque quod leones rugientes audiret. — Persuasum habeamus Deum cuncta videre et audire. — Juditham plebs cuncta gratulata est quod Holopernis caput amputavisset. —

Non querebatur Jesus Christus quod cæderetur colaphis, sputisque conspurcaretur. — Nos docet Evangelium Barabbam fuisse latronem atque interfactorem, istumque hominem Jesu Christo nihilominus antepositum fuisse. — Gaudebant apostoli quod Jesu Christi causa virgis fuisserent cæsi. — Vehementer doluit David, cùm audivit Amnonem ab Absalone trucidatum fuisse. — Non te fugit a Mario victimum fuisse Jugurtham. — David non iratus est Nathan fideli Dei ministro; oblitus est se regem esse, et recordatus est illum esse Domini prophetam. — Obviam Davidi ierunt mulieres, illique quod Goliathum dejecisset gratulatæ sunt. — Dicebat sanctus Arsenius : « Piguit me sæpissime quod locutus sum, numquam autem me poenituit quod tacui ». — Recordemur nos esse Jesu Christi oves, et Jesum Christum nostrum esse pastorem. — Quis nescit a Cæsare devictum fuisse Pompeium? — Pharaonem et Ægyptios poenituit quod Hebreos proficiisci cupientes detinuerint. — Promiserat pincerna se Josephi esse recordaturum; scimus tamen illum hujus viri insontis diu oblitum fuisse. — Gaudeo quod meam epistolam accepisti.

Thème 134.

171-174 et 154. — Quis putavisset Pompeium trucidatum iri in deserto Ægypti? — Scimus æternum esse Deum, nullum ei initium fuisse, nullumque ei finem futurum. — Tobiae Raguel gratulatus est quod viri maxima virtute prædicti esset filius. — Narrat Quintus Curtius a Macedonibus Persas fuisse fugatos. — Mirabatur Pilatus quod Jesus taceret. — Affirmavit fortis Eleazarus se nunquam carnem porcinam esse manducaturum; non te fallit illum vitæ nocenti gloriosam mortem præposuisse. — Annibalem acriter pigebat quod ab Italia cogeretur descendere. — O Jesu, semper confitebimur te Magistrum nostrum esse, nosque tuos esse discipulos. — Quis ignorat a Camillo Gallos expulsos fuisse? — Ab apostolo Jesus

Christus proditus fuerat : ne miremur illum a sacerdotum principibus fuisse accusatum. — Existimaverat Xerxes, Persarum rex, Epaminondam grandem pecuniam non esse repudiaturum; comperimus tamen hunc præclarum ducem istam rejecisse. — Abigail Davidi dixit : « Tibi ego gratulor quod manus tuas Dominus puras servavit ». — Ex historia cognoscimus a rege Clodoveo Germanos fuisse devictos. — Verisimile est Virgilium pulchra sua non fuisse compositorum poemata, nisi primi quos scripsit versus ab Augusto remunerati fuissent. — Simius quidam accusantem lupum, negantem vero vulpem audivit; at cum utrumque quotidie furari prædarique cerneret, neutri creditit. Ita nos ipsi verba fraudorum quotidie in dubium vocari videmus.

Thème 135.

175. — Adolescentes, vobis nos suademus ut Evangelium frequenter legatis; vos quoque hortamur ne cum impiis versemuni. — Non commisit senex Eleazar ut porcinam carnem ederet. — Qui stant, ait sanctus Paulus, debent cavere ne cadant. — Nos timemus ne pauperes fiamus; timebant contra sancti ne divites evaderent. — Utinam omnibus miseris possim opitulari! — Adolescentes, ne Domini legem negligatis. — Ne ullum proferat mendacium os pueri. — Qui primi sunt cavere debent ne ultimi fiant. — Nos quidem timemus ne non diu vivamus; timebat autem sanctus Ignatius ne diutius vive-ret. — Operam demus ut animæ nostræ operemur salutem, neve hoc magni momenti negotium negligamus. — Non commiserunt Machabæi ut Dei legem infringerent. — Dei nomen homines revereantur. — Ne spernantur humilis et pauper. — Utinam Jesu Christi causa mori mihi liceat! — Adolescentes, cavete ne parentes vestros contristetis. — Timotheum monebat sanctus Paulus ut Jesu Christi militis instar laborem sufferret. — Vereban-tur Tobiae parentes ne non Raguelem vivum reperisset,

— Caveamus ne Dei verbum despiciamus. — Utinam adolescentes pretiosum esse tempus intelligent! — Christiani, Domini legi vos totos dedit, ne mendacio credatis. — Non committebat Fabius ut consulatum ambiret. — Rogo te ut mihi ignoscas. — Te obsecro ne despondeas animum.

Thème 136.

175. — Non commisit Fabricius ut regis Pyrrhi medico aurem præberet. — Verebantur virginæ fatuæ ne Sponsus adveniret citius, sed timebant virginæ prudentes ne non cito adasset. — Oportet ut cum Jesu Christo crucem feramus. — Caveamus ne gratiæ resistamus. — Mi fili, esto docilis, meaque accipe verba : « Abscedat a te maledicus, noli malos imitari, ne inquinetur cor tuum vitii veneno. — Utinam Dei donum cognoscamus! — Pincernæ dixit Josephus : « Rogo te ut mihi memineris ». — Eva cavere debuisset ne ederet fructum quo Deus ei interdixerat. — Timotheum monebat sanctus Paulus ne aspere senes increparet. — Timebat Tobias ne occidetur a dæmoni qui jam Raguelis filiæ septem maritos letho dederat. — Utinam columbæ pennas accipiam! Utinam Deus meo finem imponat exilio! Judices, viduæ et pupilli jus revere amini; supremum judicem vestri respiciant oculi: ne potenti viro faveatis; ne dives pauperem opprimat. — Non commisit Epaminondas ut Xerxis, Persarum regis, acciperet munera. — Petrum Jesus Christus rogavit ut a ripâ amoveret naviculam. — Homines debuissent cavere ne Noemi adhortationes despicerent. — Nos timemus ne nimium patiamur; multi sancti veriti sunt ne non satis paterentur. — Justitia præcipit ne ulli noceamus. — Alejandro dissuasit Parmenio ne vitam suam medico Philippo committeret.

Thème 137.

175. — Multi veriti sunt Romani ne non interfectus fuisset Domitianus. — Piger, formicam contemplare,

hujus providæ bestiolæ exemplum ad laborem te impellat; noli cicadam imitari, ne te subigat pigritia. — Non commisit Joseph ut quas acceperat injurias vindicaret. — Æquum est ut nostrum audiamus magistrum, ducem nostrum sequamur, nostrumque imitemur exemplar. — Utinam verum divitiarum usum sciant divites! — Verentur multi ne mundo displiceant; illi ne non placeant Deo potius vereantur. — Caveamus ne novi foederis sanguinem pedibus conculcemos. — Rebeccae quæ hydriam gerebat Eliezer dixit: « Rogo te ut mihi des potum. » Non committebat Fabius ut adversus Annibalem pugnæ aleam adiret. — Utinam Ecclesiæ sua hostes Deus confundat! — Fili mi, observa præcepta, et matris tuæ legem ne deseras, gressus tuos tui dirigant oculi; ne manus tua maledico et calumniatori applaudat. — Non commisit casta Susanna ut flagitio assentiretur. — Cavere debuisset Roboamus ne senum sententiae juvenum sententiam anteponendo, populum exasperaret. — Voluissent apostoli Jesu dissuadere ne in Judæam rediret. — Plures illustres viri timebant ne consulatum non obtinerent: timebat contra Fabius ne ad illam dignitatem promoveretur.

Thème 138.

175-176. — Timotheum sanctus Paulus monebat ut nova fugeret. Caveamus ne fratribus nostris malum prodamus exemplum. — Impedivit Daniel ne Susanna lapidibus obrueretur. — Davidis jussum non obstitit quin Joabus Absalonem interficeret. — Jesu dixit quidam præfectus: Rogo te, domum venire velis, ut graviter ægrotantem filium meum sanum facias. — Saul non potuit quin agnosceret Davidis innocentiam. — Prohibuerat Samuel ne rex Saul sacra faceret. — Qui sepulcrum custodiebant milites non commisissent ut Jesu corpus traderent discipulis. — Verebatur Scipio Africanus ne Massinissa voluntate domaretur. — Galli impedire non potuerunt quin Annibal Alpes trajiceret. — Gabelus juniorem Tobiam conspiciens

non potuit non lacrymari. — Ne sit sterile Dei verbum; fructus uberes afferat illud semen pretiosum. — Utinam avarus de morte sepius cogitet! — Hominum conatus impeditre non possunt quominus Deus que cepit consilia perficiat. — Interdixerat Deus ne Judæi carnem porcinam ederent. — Patres' matresque, sapiens vobis suadet ut vestros corrigatis liberos, neve virgæ parcatis. — In prætorium non intraverunt Judæi, timebant enim ne pascha non manducarent. — Æternum atque omnipotentem Deum non possumus non agnoscere. — Prohibebat Jesus ne quos sanaverat ægrós, ii miracula a se patrata vulgarent; at illi hæc non evulgare non poterant. — Jussit Pilatus Jesum crucifigi. — Cicero Catilinam Roma egredi jussit. — Impedierunt senes ne Jeremias a populo occideretur.

Thème 139.

175-176. — Graeci impedire non potuerunt quin Bessus regem Darium vinciret. — Propheta Samuel non poterat Saulis sortem non dolere. Israelitis dixit Moyses: Operam date ne quis apud vos indigeat (*ou mendicet*), ut vobis Deus benefaciat. — Caveamus ne pauperibus qui Jesu Christi membra sunt insultemus. — Prohibebat Moysis lex ne Israelitæ relictas spicas colligerent. — Impedivit Claudius Nero ne Asdrubal Annibali auxilium afferret. — Impedire non potuit Pharaonis pervicacia quin Israelitæ ex Ægypto egredierentur. — Dominum querite, ne unquam illum deseratis; deleatur impiorum nomen, inter justos ne scribatur! — Exclamabant patriarchæ: Utinam aperiantur cœli et mittatur nobis Salvator! — Alexander Darii filium videns, non potuit miseratione non commoveri. — Prudens Abigail impedivit ne David Nabalem neci daret. Non commiserunt Ariani ut colloquio assentirentur. — Metuunt non nulli ne provehantur ad honores: timent autem plerique ne non eos adipiscantur. — Quis interdixerat ne Adamus et Eva arboris scientiæ boni et mali fructum degustarent? Deus ipse. — Non possumus felicitatem non con-

cupiscere. — Alexandrum monuit Parmenio ut a medico Philippo caveret; Parmenioni Alexander minime auscultavit. — Caveant divites ne auri et argenti fulgore decipiatur. — Non impediabant apostolici labores vitæque innocentia quominus Timotheus temperantia carnem domaret. — Rex Porsenna non potuit Mucii animi magnitudinem non mirari. — Rex Assuerus jussit Amanum ad patibulum alligari. Alexander jussit aperiri Cyri sepulcrum. — Pythagoricis interdicebatur ne fabas ederent.

Thème 140.

175-176. — Impedivit Manlius Torquatus ne Galli Capitolium expugnarent. — Quisnam impedivit quominus dæmon Tobiam occideret, ut septem alios Saræ, Rague lis filiæ, maritos occiderat? Raphael angelus. — Cavere debent judices ne insontes condement. — Quidam ab immundo spiritu obsessus, ad Jesum accurrens, ait illi: Altissimi Dei fili, obsecro te ne me torqueas. — Cato Manii Curii modestiam et in victu temperantiam non mirari non poterat. — Impedierunt discipuli ne sanctus Paulus coram Ephesiis iratis prodiret. — Apostolis dixit Jesus: Confidite, ego vici mundum, vos mea corroborent verba; ne homines timeatis, neve turbetur cor vestrum. — Vir sanctus Job exclamabat: Utinam e matris meæ sinu in tumulum fuisse translatus! — Impedire non potuerunt Philistæ quin Samson ex urbe cuius portas clauerant egredetur. — Frustra prohibuerunt judæi senatores ne apostoli Jesu Christi nomen prædicarent. — Pyrrhus Fabricii magnanimitatem non potuit non mirari. — Verebantur Israelitæ ne rex Nabuchodonosor qui urbes ceteras destruxerat, urbem quoque Hierosolymam everteret. — Dario Patron frusta suasit ut a Besso sibi caveret. — Impedire volebant discipuli ne Jesum Christum pueri tangerent, ut ipsis benedicaret; at Jesus Christus non potuit non vituperare discipulos, illisque dixit: Nolite impedire quin ad me veniant pueri, namque cælo-

rum regnum illos manet qui puerorum sunt similes. Lex jubebat quosdam scelestos lapidari. — Vetus Augustus cremari Virgili opera.

Thème 141.

177. — Alexandro Scythæ dixerunt : Disce qui nos scimus, et qui tu sis attende. — Jacobus diu ignoravit ubi esset Josephus. — Intelligere nunquam poterimus quantum homines Deus amaverit. — Edoctus es quomodo mare Rubrum Hebræi trajecerint. — Amanum latebat cur a rege fuisse arcessitus. — Dic mihi quota hora obierit Jesus Christus? Hora nona, scilicet post meridiem tertia (*ou* tertia pomeridiana). — Nos docet historia quantum sanguinis effuderint Sylla et Marius. — Duo sancti Joannis Baptiste discipuli Jesum interrogaverunt ipsene Messias esset necne. — Ab apostolis quæsivit Jesus quis ipse esset ; sanctus Petrus statim respondit : Tu es Christus, Filius Dei vivi. — Non te fugit quam severus fuerit Cato. — Didicisti qua iter fecerint Israelitæ. — Pharisæi a Judæis missi, sanctum Joannem interrogaverunt utrum Elias esset an propheta. — Non te fallit quanti Athenienses libertatem æstimatorint. — Fatus virginibus dixit sponsus : Quænam sitis nescio, illisque clausa est janua. — Non te præterit quomodo cum Poenæ speculatoribus egerit Scipio. — Non te præterit quantum auri in America Hispani repererint.

Thème 142.

177. — Jesum interrogavit Pilatus ipsene Judæorum rex esset ; Pilatumque interrogavit Jesus utrum id ultro diceret, an alii ipsi dixissent. — Te non latet cur Abellem Cainus occiderit. — Edoctus fuisti quam multos homines Xerxes in Graeciam duxerit. — Quinam simus potest homines latere, sed Deum fugere non potest. — Jacobi filii steterunt coram Josepho qui unde venirent ab ipsis quæsivit. — Quis nescit quantam prudentiam Anni-

bal exhibuerit, quot superaverit obstacula, quam fuerit callidus, quantum Annibalis nomen Romani formidaverint, et quanti hunc ducem Scipio ipse estimaverit. — Te non fugit quare sanctum Joannem Jesus singulariter dilexerit. — Tobias pater ab angelo haud sibi noto quæsivit num juniores Tobiam in Mediam vellet ducere. — Fratres erant Esaus et Jacobus ; haud te fugit uter Rebeccae fuerit carior. — Non te præterit quomodo perierit Absalon et quare Davidem de solio voluerit deturbare. — Nos non fallit quantum auri argentique continuerit Salomonis palatium, quantam hic rex acquisierit gloriam, quam dives ac potens fuerit. — Poenos interrogavit Fabius utrum pacem an bellum eligerent. — Cainum interrogavit Deus ubinam esset Abel ; Cainus respondere ausus est : Ego ubi sit ignoro.

Thème 143.

177-178. — Die mihi quota die Jesus Christus resurrexit ? Hebdomadis prima die quam diem Domini dicimus. — Simon pharisæus dubitare videbatur, num propheta esset Jesus Christus. — Dixerunt pastores : Bethlehemum eamus videamusque quod nobis nuntiaverunt angeli. — Non te fugit quare Davidem rex Saul vexaverit. — Quemnam fallit quantum sanguinis Augustus in principio profuderit, quam multos occiderit homines, quantam acquisierit potestatem, quam mitis affabilisque deinde evaserit, quantum hunc dilexerint Romani, quantique ab illis fuerit æstimator. — Quæsierunt apostoli quid significaret zizaniorum parabola. — Sanctus Thomas aliquandiu dubitavit num resurrexisset Jesus. — Quis dubitat quin Deus exsistat ? — Non nescis quo regis Nabuchodonosoris jussu Judæi fuerint deducti. — Titi frater erat Domitianus, haud te latet uter fuerit melior. — Scisne quare Jesum Christum odio habuerint pharisæi ? — Non potest Deum fallere quid nos agamus. Quod amavit Jesus Christus nos amare debe-

mus, quodque contempsit, contempnere. — Nunquam audivi avarum oblitum fuisse ubi thesaurum insodisset. — Dubito num hoc tibi suadere debeam. — Quis dubitat quin turpe sit mentiri.

Thème 144.

177-178. — Nos docet Evangelium quomodo Jesus hominum quinque millia in deserto aluerit. — Non Jesus fugiebat quid Judas meditaretur. — Non ignoratis quantum exquisierit quantique fecerit sapientiam Salomon; et quanti fuerint postea hujus viri principis errores. — Quis dubitare poterit quin anima sit immortalis. — Diabolus dubitare videbatur num Jesus Christus Dei esset filius. — Tu non nescis quænam ex quinque orbis partibus sit maxima. — Nobis animo effingamus quantum aquæ per dies quadraginta, quadragintaque noctes e cælo deciderit. — Scis quomodo Samson interierit. — Apostolos interrogavit Jesus Christus quidnam incidentes dixissent; respondere non audebant, disputaverant enim quisnam inter ipsos esset maximus. — Jesus a paralytico quæsivit velletne sanus fieri. — Petrum interrogavit quædam ancilla utrum Jesu esset discipulus necne. — Cum Iudeis fatentur Christiani Jesum Christum mortuum fuisse, at non dubitant quin vere a mortuis resurrexerit. — Quod pastores narrabant de nativitate Salvatoris cuncti mirabantur. — Edoce me quo die maris pisces cælique aves Deus creaverit? Die quinto. — Dic mihi ubinam sanctus Justus, præsul Lugdunensis obierit? In Ægypto, quo se receperat. — Tobias pater dubitare videbatur num adhuc viveret Gabelus. — Raguel dixit: Non dubito quin Deus preces meas exaudierit.

Thème 145.

177-178. — Josephi dispensator a Jacobi filiis quæsivit cur injuriam pro beneficio rependissent. — David scire cupiebat utrum obiisset puer an adhuc viveret. —

A famulo suo sciscitatus est Elisæus num quopiam ivisset. — Nos docet historia quanta in Aristide fuerit probitas. — Joanni et Jacobo dixit Jesus: Quid petatis vos nescitis. — Edoce me quo ierit Alexander, dum urbs Tyrus oppugnaretur? In Arabiam. — Quidam auctor videtur non dubitare quin totum sæculum vixerit Fabius; dubitare videtur gallicus historicus num tamdiu vixerit. — Didicisti quomodo obierit Absalon. — Fugiamus quod fugiunt sancti, quod exquisiere, exquiramus. — Non te præterit quot scélera commiserit Vitellius, quam perfidus fuerit ac gulosus, quantum Romani istius infamis imperatoris memoriam fuerint abominati, quanti autem Vespasianum istius successorem aestimaverint. — Sanctum Paulum interrogavit Festus velletne Jerosolymam duci. — Apostolis dixit Jesus: Gentilibus tradetur Filius hominis, et occidetur; illi vero non intellexere quid significare voluisset. — Centurionem interrogavit Pilatus utrum obiisset Jesus an adhuc spiraret. — Nos non fugit quantum Deo Davidis scelus displicuerit; nemo nescit quantum huic principi Deus faverit. — Infelix Darie, poterasne dubitare quin tibi Bessus insidiaretur? — Quis dubitat quin leo sit fortissimus animalium.

Thème 146.

177-178. — Pharaonem interrogaverunt Moyses et Aaron velletne Hebreos dimittere. — Primum dubitabant Hebrei num Pharaoni exercitu possent obsistere; sed postea non dubitaverunt quin Deus ad aperiendum transitum aquas posset dividere. — Jesus a sacerdotum principibus populi que senatoribus percontatus est utrum Joannis baptisma a Deo an ab hominibus constitutum fuisse. — Duobus Joannis Baptiste discipulis Jesus respondit: Quod vidistis et quod audivistis magistro vestro referte. — Confutavit sanctus Paulus quosdam hæreticos qui dubitare videbantur num angeli creati fuissent. — A Fabricio sciscitatus est perfidus Pyrrhi medicus